Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tuc intendentes in orationem sicut tu ℣ Si iniquitates observaris domine
domine quis sustinebit · ℣ Quia apud te propitiatio est et propter legem
tuam sustinui te domine · Off Domine Iesu xpe rex glorie libera animas
omnium fidelium defunctorum de manu inferi et de profundo lacu libera
eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscurum sed
signifer sanctus michahel repraesentet eas in lucem sanctam · Quam olim
abrahae promisisti et semini eius · ℣ Hostias et preces tibi domine laudis
offerimus tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus
fac eas domine de morte transire ad vitam · ℣ Redemptor animarum omni
sanctorum mitte archangelum suum michahelem ut ille dignetur eas educere
de regionibus tenebrarum et praesentet eas in sinum abrahae in lucem sempiternam · Quam olim · Om Absolve domine animas eorum ab omni
vinculo delictorum ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitatus
resurgant · Requiem eis da eis domine et lux perpetua luceat eis · Ipse
Om Animas famulorum famularumque quas assumpsisti domine fac eas gaudere cum sanctis tuis in gloria · Requiem eternam ·

Epistola de visitatione beate virginis

Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles · filius meus
dilectus meus similis est hinnulo capreae · Ecce ipse stat post parietem nostrum respiciens
per fenestras prospiciens per cancellas · Ecce dilectus meus loquitur mihi · surge
propera amica mea columba mea formosa mea et veni iam enim hiems
transiit imber abiit et recessit · flores apparuerunt in terra nostra tempus putationis
adveniet vox turturis audita est in terra nostra · ficus protulit grossos suos
vinea florentes dederunt odorem suum · Surge propera amica mea sponsa
mea et veni · columba mea in foraminibus petrae in caverna maceriae · Ostende
mihi faciem tuam · sonet vox tua in auribus meis · vox enim tua dulcis et
facies tua decora Secundum lucam
In illo tempore Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in civitatem